

Band VIII., Nr. 3320, Seite 441

*Die Freien Heinrich Schwendinger von Wiesloch und seine Söhne
verpflichten sich, das Kloster Herrenalb in seinen Besitzungen in Derdingen
nicht zu belästigen.*

Ohne Ortsangabe, 1284. März 1.

Ego Heinricus de Wissenloch¹ dictus Swendinger² et nos Heinricus et Cunradus filii eiusdem homines libere conditionis tenore presentium publice profiteremur³, quod nos pari voto unanimi consensu nostri compotes et nostrorum prestito iuramento coram sculteto et universitate ville in Terdingen nos⁴ obligavimus et nichilominus nunc astringimus per presentes sub predicto quod fecimus iuramento, quod nunquam per nos⁵ vel per nostros aut interpositam⁶ vel suspectam personam impulsabimus⁷ perturbabimus molestabimus aut etiam inpetemus monachos de Alba sive homines eorum aut iaquilinos verbo facto consilio auxilio dolo vel arte in toto vel in parte super bonis ipsorum quibuscunque in marchia Terdingen sitis aut iure patronatus seu ecclesia sive homagio aut manschaft sive manlehin⁸ et rebus aut iuribus universis, quocunque nomine censeantur, maxime quia iidem omnia, que nos vel nostri progenitores et propinqui in eadem marchia vel dominio habuimus vel habere visum sumus, quocunque nomine vel titulo sibi rite libere licite ac legitime attraxerunt, super quibus omnibus per presentes veritati testimonium perhibemus abdicantes et renuntiantes pro nobis et nostris omni actioni inpetitioni et iuri, quod nobis aut nostris in premissis competebat vel competere quomodolibet videbatur. In quorum omnium testimonium evidentiam et robur prehabito monasterio perpetuo valiturum ego H[einricus] Swendinger predictus presentem litteram⁹ sigillo meo prelibatis monachis tradidi communitam, quo nos H[einricus] et C[unradus] fratres predicti, quia proprio caremus sigillo, cum omni et pro omni nostra posteritate et generatione sumus contenti.

Actum et datum anno domini MCCLXXXIII., feria IIII. proxima post dominicam Invocavit.

¹B: *Wizzenloch.*

²B: *Svendinger.*

³B: *profitemur.*

⁴B: *nos.*

⁵*per nos nunquam.*

⁶B: *interpositam.*

⁷B: *verschr. inpusabimus.*

⁸B: *manschaft sive manlehen.*

⁹B: *litteram.*

II

—

Nach dem Original.

Siegel des Heinrich Schwendinger von Wiesloch, vgl. Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1037 (WUB, Bd. IV, S. 88), nur muss es statt fünfeckig sechseckig heißen und es ist zweifelhaft, ob in dem Vornamen zwischen E und N ein I steht.

Auf dem Rücken von B steht: *littera duplicata*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A: A 489 U 227, B: A 489 K U 834

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale. A. Stuttgart, B. früher Karlsruhe, jetzt Stuttgart.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 2, S. 227.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Oberderdingen Wohnplatz (5416)

Oberderdingen, KA

Unterderdingen Aufgegangen (22754)

Unterderdingen, aufgeg. in Oberderdingen KA

Wiesloch Wohnplatz (6633)

Wiesloch, HD